

quoque ab uxore Ideam vocavit, ibi que post obitum sepultus est. Cuius
 & hodie monitrari sepulchrum ferunt, prout etiam testantur Cretes: de A
 quibus posterius referemus. Regnauit Saturnus in Sicilia, Libya, ac eti-
 am Itala: sed praecipue in locis ad Hesperum sitis eius imperij firmamen-
 tum fuit. Apud omnes uero, arces urbium & loca munitoria tenuit: quod si
 minus imperium foret. Eo ad hoc usque tempus & in Sicilia & in occiduis
 oris editiora loca Saturnia dicta sunt. Ex Saturno Iupiter ortus, quoniam
 diuersa a patre uita institutione, erga singulos mansuetudine atque humani
 ciate usus est, a populo pater est nominatus. Regnum is deinde cepit, par-
 tim concedente patre, partim in populis ab eo per odium deciscientibus.
 Aduersus quem cum Saturnus Titanū präsidio fisis pugnasset, acie uictus
 est. Iupiter superior imperium assecutus, uniuersum orbem perambulauit,
 plurimum de genere hominum meritus. Virtibus corporis, virtutibusq; ex-
 cellens, breui totius orbis imperio potitus est. Omne eius studium in puni-
 endis impijs, facinorosisq; hominibus, ac in bonorum præmij, communiq;
 populorū utilitate uersabatur. Quibus reb, post uita finē louem dixere, eo
 quod bene uiuendi causa hominibus extitisset. Creditus uero Deus in orbe
 est ab ijs, de quibus bene erat meritus, sponte illum omnibus & Deum & do-
 minum in sempiternum uniuersi orbis profitingibus. Quoniam in his qua-
 de rebus Aegyptiā nobis relata sunt, Dionysij genus gestaq; tetigimus, æ-
 quum uidetur, ut qua de hoc à Gracis deo scribuntur, literis mandemus.
 Verū cum prisci rerū scriptores, poeteq;, qui de Dionysio miranda quicdā
 literis tradidere, de eius genere ac gestis dissentiant, difficile uidetur ueri in
 his rebus exquirere. Nam hi quidē unicū Dionysium, reliqui tres scribunt suis
 se. Sunt qui eius genus nequaquam ē mortalib. fluxisse dicant, existimentq; il-
 lū uini extitisse auctorem. Sed nos quē de eo ferunt, paucis transigemus. Na-
 turales qui de hoc deo loquunt, uiniq; eum repertore putant, terram aiunt
 unā cum ceteris plantis sua spōte uites tulisse, nō ab aliquo principio satas.
 Huius rei cōiecturā sumunt, quod nunc quoq; in quibusdā sylvestrib. locis
 nascantur uites, fructumq; ueluti reliquē arte hominum culta ferant. Duas
 Dionysio matres prisci fuisse arbitrantur: unā, & eam priorē generis, quādo
 uitis in terrā posita augmentū capit: secundā, quādo racemos producit. Itaq;
 altera huius dei ex terra, altera ex uitis fructū fertur generatio. Sunt qui &
 tertia generationē ipsi attribuant, ex loue & Cerere genitū ferentes: à morta-
 libus q; dissipatum, ac decoctum, rursus à Cerere membris compositis iuu-
 em factū reuixisse. Quia omnia ad naturales traducunt rationes. louis enim
 & Cereris filium ob eam causam tradunt, quoniam uites ex terra & pluvia nu-
 trita producāt racemos, ex quibus uīnum exprimatur. Ab hominibus uero
 dispersum, eo quod agricolae fructū auferant, terramq; homines Cererē pu-
 tent. Membra eius decocta, quoniam plures uīnū decoquāt, tanquā melius
 ac suauius futurum. A' mortalibus uero membra disperfa, iterū in ordinem
 redacta, terram ostendit, certo anni tempore facta uīndēmia denuo nouos
 fructus proferre. Deniq; ab antiquis poetis scriptoribusq; traditū, Cererē
 fuisse terram matrem appellatam. Eadem quoq; & Orphei tradunt poemata,
 & in ceremonijs introducuntur, de quibus haudquaquam fas est inficiōs lo-
 qui. Eodem modo ex Semele ortum ad naturale principiū deducunt, as-
 serentes Thionem ab antiquis terram fuisse nominatum. Semelem, eo quod
 honesta sit eius Dei cura, & honor. Thionem uero à sacrī ei impensis uoca-
 tum. Bis ex loue natum tradunt, quoniam uites Deucalionis tempore una
 cum ceteris arboribus diluuiō sint absumptæ, deinde iterum exortæ:
 ueluti hac secunda extiterit Dei apud homines procreatio, qua ex louis
 semore natum denuo hunc Deum scribunt. Qui igitur uini reperto-
 rem Dionysium uolunt, hujusmodi fabulas scripsere. Qui uero hunc
 hum anq;